Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25955
Copyright: Admont, Benediktinerstift

inquit ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram. et unus ad si
nistram in regno tuo. Et dexteram futura uita. et sinistram presens prosperitas.
et regnum celorum quod uarias habet significationes. presens et futura ec
clesia potest designari. Dicit mater filiorum zebedei. dicit et ecclesia ad xpm.
mater filiorum dicit. Dic o domine. ut filii mei quos mater gratia regeneraui et
parturiui. in regno tuo. in presentiarum videlicet ecclesia. sedeant ad sinis
tram tuam. idest presentis uitae habeant prosperitatem et gloriam. et de sinistra de
temporali scilicet hac letitia et gloria migrantes. ad dexteram tuam sedere
facias. idest uitae eternae partem et societatem eis in regno tuo tribuas. Huic
sententiae concordat illud ubi oramus ut et temporalibus habundemus como
dis. hoc est sinistra. et fulciamur eternis. hoc est dextera. Beati qui de sinis
tra sic transferuntur ad dexteram. s; multo beatiores et digniores.
qui ad sinistram sedent. hoc est in presentiarum uita quietem habere refugiunt
qui laboribus et erumpnis. uoluntaria paupertate uitam presentem
dei castigari eligunt. quia per hoc ad [illegible] dexteram dei sedebunt
quandoque gloriosiores et sublimiores. Iob ille beatus aliquando ad si
nistram sedebat. quando tanquam rex potens et diues bonis omnibus
affluebat. et cum talis esset ante flagellum dicit. ut de eo diceret quod non esset
ei uir similis super terram. satis premium a domino in regno celorum consequi po
tuisset. s; quia post modum temptatus et probatus. ablatis filiis. pedibus
substantia. a planta pedis usque ad uerticem ipse uulneratus fidelissimus
a domino est inuentus. maior data est ad dexteram dei corona uincentibus quam
non uincentibus. abstulit ei dominus minus. ut daret maius. quia si ad sinistram
cum gloria et prosperitate sedisset. minus premium ad dexteram. et in regno ce
lorum accepisset. Possumus etiam alterno sensu per dexteram et sinistram.
utrasque dei et hominis in xpo naturas accipere. in dextera diuinam. in
sinistra humanam. De qua utraque natura loquitur sponsa in canticis dicens.
Laeua eius sub capite meo. et dextera illius amplexabitur me. de si dicat. Si
tota intentione mea quod est caput meum. opera dei mei in xpo quae in
humana natura fecit. considerauero. et corde fideli tenuero. dextera